130

ad M. Martini

S. P. Reverende vir

Quòd r. t. me, (utinam merentem!) meamq; opellam
ornare atq; adjuvare pro usitato suo erga me affectu
satagit, id ex novissimis literis ad me & cl. v. Ama-
mam datis satis cognovi. Respondissem forte citiùs,
nisi ejusdem d. Amamæ festina nimis benevolentia
effecisset, ut nimis, opinor, properiter, quod necdum
elaboratum satis esset, prælo committerem, aliaq;
insuper vestiganda, perficienda, describenda eodem
tempore essent. quæ res me ab aliis pene omnibus
abduxit. Statueram ea primò ad R. T. censenda
transmittere, sed, hoc ademto, quod secundum est,
nunc folia aliquot jussi R. T. à fratre meo exhi-
beri. Hîc si quid addendum emendandumve occurret,
uti sanè occurret, non erit pudori id confiteri; &
in sequentibus ejus faciendi erit locus. Accusarem
R. T. affectum, si hîc audaciam meam excusarem.
D. N. Kerfvilly judicium gratissimum fuit.
Animadverti in principio errorem meum. Neq;
tamen possum assentiri, quod negat esse verum, à
Judæis putata tempora stante templo. Argumenta
mea sunt in hisce foliis pag. 10. & seqq. Quin,
quibus auctoribus tribuitur hodiernus computus,
~~et~~ ii recentiores sunt. Ii sunt R. Samuël, qui
quòd certum in ordinem se redigere menses annosq;
posse jactabat, inde Jarchinai dictus est, fuit
Medicus R. Jehudæ Principis, qui Misnam congessit.
R. Adda post illum & illo citerior R. Hillel, ex
ultimis promotorum in terra Israël, quisquis is fue-
rit. Nam stante templo Herodis magni ævo fuit
Hillel, ad quam hæc res non pertinet. Scalig.
de Emen. Temp. ex editione Lugd. non quivi
hîc habere. Neq; illud mihi persuadet, in
Judæa circa æquinoctium ita paucis horis [potuis-
se conspici Lunam, ut ~~VV~~ phasin necesse non

1628. Oct. 15.

Joh. Coccejus

habuerint caput menſis proferre. Trigeſima
dies ut ſint Calendæ, oportet ea nocte viſa
eſſe Lunam, quod vocant Ebr. הֵרָאוֹת בְּנִיסוֹ
Jam illo tempore fuit tota nocte ſub horizo
& ~~p~~ potuitne ante occaſum Solis Luna non
integris quinque horis ab ejus radiis ſe libera
non videtur. Quàm vellem adeſſe mihi, qui
me hæc accuratiùs doceat! Philip. Lanſ
gerus cum Scaligero & Sethro non conſenti
Ejus rationes obſcuræ ſunt & laborioſæ, qu
non percipio. Sed ferendum eſt æquo animo,
ſi ſcire omnia non poſſumus, deſtituti ſcilic
multis adminiculis. Conjectura mea, quod
legitimum non minus fuerit tempus, quod à
Judæis, quàm quod à Chr. obſervatum eſt
videtur approbari à Beza in notis ma
ad Matthæum. Cogor abrumpere,
Typographus interpellat. Cl. d. Ne
ſalutari meis verbis officioſè, ut & co
præceptores meos honorandos, peto.
d. Amama officioſè ſalutat, qui ita di
tur Rectoris occupationibus, ut ſcribere
vice non potuerit. Addidit ille ſuis in m
officiis hoc ſuper, ut, me non cogitante
mitteret, ſe meum laborem prælo qui
aliquo condecoraturum: ſuaderetque, idem
R. T. contenderem. At ego ſanè non
datorem ſed excuſatorem deſidero. Q
me plus æquo laudabit, videat ut vere
~~[illegible]~~ præconia. Meum eſt facere n
ampliùs quàm poſſum. Neque æquus is
qui de meo poſſe plus nimio præſu
Valeat T. R. & bono Eccleſiæ diu
Rapt. Franck. 15. Octob. 1626.

R. T.

ſtudioſiſſ.

Johan. Cocce